

Excelsium Consilium Locumtenentiale Regium  
 Domini Domini Gratiſſimi colendiſſimi.

Debito obſequentiſſimo Venerationis cultu, quò Excelsium  
 Locumtenentiale Consilium Regium Colo intimatum  
 benignum in Puncto recurſus facti, à Dño Almo Ba-  
 rone de Harrucker inuente, me illum impedire in  
 Restauratione Ecclesia Sentefſiensis, vi clementiſſi-  
 ma Caesaro-Regiae Resolutionis Die 4<sup>ta</sup> curren emanata,  
 ab Helvetica Confessione addictis occupata, et pro  
 usu Catholicorum meo Archi-Diacono à me ad ce-  
 ceptionem particulariter denominato restituta de-  
 miſſiſſe percepi,

Ut autem clariùs ad hancce Expositionem per-  
 eundem Almum Baronem factam condeſcendam, gra-  
 tiosi mihi expeto concedendum, ut Facti Seriem in  
 omni Veneratione Excelſo Consilio Regio Locumli sub-  
 ſternam pro mei Juſtificatione, ne quoquo modo videar,  
 et Clementiſſimo Caesaro-Regio Privilegio ſuper  
 Jure Patronatus me opponiſſe, vel quoquo modo, Zelo  
 laudabili Ejusdem Almi Baronis in ſatisfaciendo  
 Oneribus Patronatus, et Promotione Boni orthodoxae  
 Religionis.

Reſtituta itaq; Ecclesia Supranominata ad  
 usum Catholicorum, dum Vienna moram traxis-  
 ſem meam, et intellexiſſem Dominum Almum Ba-

vrnem

Baronem de Harrucker binis vicibus se ad meam  
Domum humiliasse me absente, eundem Personali-  
ter accessi; ut intelligerem, quidnam negotio mecum  
tractare vellet; Quia occasione secundum Zelum  
suum pro Promotione Rei Religionis Nostrae, mi-  
hi proposuit Desiderium suum, ut Parochus  
Scentessini stabilizatur, et esse Jure Patronatus  
sibi à Clementia Caesaro-Regia concessio frui pos-  
sit; Super quo Promptitudinem meam in secundan-  
do Voto suo contestatus sum, ita tamen, ut oneri-  
bus ejusdem Privilegij, satisfiat, et primo quidem  
Parochus instituendus Congrua provideatur, secun-  
dum Revolutiones benignas Caesaro-Regias super  
hac largitas: Cui idem Illius Dnus Baro  
supponebat sit provisum fore, si Eidem Sexa-  
ginta Florenos in Parata ex Cassa sua assigna-  
ret, et Intentionem cum Provisore suo ibidem exi-  
stente. Propositioni huic, dum ex fundamento  
necessaria Subsistentiae fixa ad Exigentiam Reso-  
lutionum Regiarum summam Congrua, praeter  
Fundum, et Appertinentias, indistantium, et incon-  
venientiarum exinde negotio oriturarum, annuere  
me posse recusarem, ab initio quidem aliquantulum  
hum commotus, tandem vero Rationibus victus se  
obtulit meo Petito satisfacturum occasione illa,  
qua ad sua Bona proximi descendet, ad quem Fi-

Finem meum Archi-Diaconum Mindfenthiensem  
instruxi, ut secundum Puncta eidem transmissa  
cum Domino Illustrissimo Barone ibidem presente  
tractanda tractet, et Vicarium meum cum Consisto-  
rio sibi adjuncto, de Effectu informet, ut Contractus  
initus pro futura Cautela, et Parochi ibidem col-  
locandi, et Domini Terrestris pro tempore, in Rege-  
stratura Consistoriali, et respective Archivio inter  
Acta aservari possit; Sperabam Oblationes  
generosas sue Dominationis Illustrissimae effectui  
mancipandas, sed uti iudicare par est, alijs Nego-  
tjis impedita, hunc Fructatum disulit, ubi ta-  
men pro faciliore effectu obtulissim me Ben-  
tessensem Trajectum Bentessino uniturum, ubi  
Parochus modernus Segvarientis Animarum Cura  
modo exercens, aliquem ex Stola Proventum per-  
cipit, qui simul cum Introductione ad oppidum  
Brentes plurimum Catholicorum, alleviare posset  
Onus sue Dominationis Illustrissimae.

Quod ipsum Dominus Illustrissimus Baro  
difficultabat ex Vigilantia illa laudabili, qua In-  
ra sua, suorumq; Successorum conservare, et manu-  
tenere studet, proponens tunc etiam me velle Tra-  
jectum ad se pertinentem Parochia conferre, tunc  
tamen capacitatus, quod de Proventibus Solaribus

fructus

tractetur, se contentum mea oblatione demonstra-  
vit.

Quia vero nihil amplius intellexi in hac Ma-  
teria, et Illustrissimum Dominum Baronem Vien-  
nam rediisse intellexerim, hinc Inclytum Comi-  
tatum Congradiensem requisivi, ut Resolutioni  
Clementissime Casaro-Regie in Parte illa etiam  
morem gerere velit concernenti Reparationem  
ejusdem Ecclesie; Cui Petito meo dignata est In-  
clyta Universitas assentiri, per Exmissionem fa-  
ctam Personae Comitatus cum adjuncto sibi Ar-  
chi-Diacono ad perficiendam oculatam, et Asti-  
mationem Expensarum necessariorum, quia occa-  
sione Fiscalis Domini Illustrissimi Baronis Prote-  
stationem suam interposuit, uti ex adjectis Literis  
originalibus videre est, pro sustentatione Juris  
Patronatus, quod laesum suspicabatur, et adhuc  
supponere videtur, per hanc oculatam factam,  
ex duplici Motivo; Primo: ut sua Majestatis  
sacratissime benignissime Resolutioni satisfiat.  
Secundo: Ut si Dominus Almus Baro ejusdem Eccle-  
siae officium in se assumere tandem vellet, Notitia Neces-  
sarium habeatur, nec scirem, quare pro Zelo Domini  
Illustrissimi Baronis me opponere voluissem, uti  
Illustrissimus Dominus Baro ex Responsorijs meis ad  
adnexas Literas suas datis nihil simile continen-

fibis

continentibus, collimare intendit, cum potius opta-  
re deberem, uti Cordicitus opto, ut plures Benefacto-  
res Ecclesiarum haberem, imò omnibus Domini's  
Terrestribus lubens Patronatum concederem, si in mea  
Potestate staret, dummodo oneribus ejusdem satisfacere  
vellent, uti Dominus Almus Baro de Harucker  
se satisfacturum offert; Qui accedit, quòd Cura si-  
milium Ecclesiarum, et Intertentionis Parochoru  
honestè mihi tali pacto decederet; Præterea obliga-  
tio mea, quâ stringor, vi Muneris mei in hocce Excel-  
so Consilio Regio Locumtli, mihi præscribit, ut Cas-  
sa Parochorum quantum possibile est prospiciatur,  
nè nisi in Casu Necessitatis ad tales Expensas tra-  
hatur.

Ex quo spero Excelsum Consilium Locumtle Re-  
gium gratiosè perspecturum, Suppositum Turba-  
tionis Jurium Patronatus à me intentata, nullo Fun-  
damento inniti; Deò etiam quòd secundum Cuncta  
benigni Intimati attinet Dispositionis ordinanda,  
suo Loco, nè prælibatus Dominus Baro in capto ope-  
re Restaurationis, de quo nulla ad me pervenit  
Notitia, impediat, nihil mihi manet corrigendum,  
cum nil à me in contrarium dispositum, minus or-  
dinatum fuerit, humillimè tamen supplico Excel-  
so Consilio Locumtli Regio, dignetur hancce meam de-  
missam Justificationem sua Majestati Sacratissima  
transmittere, et simul se gratiosè interponere, ut

idem

idem Illm<sup>us</sup> Dnus Baro Assignationem Congruam  
Parochi noviter instituendi, et alia Connexa effectui  
mancipare velit, ut ejusdem piam, et exemplarem  
Intentionem secundare valeam, nec absimiliter, cum  
jam ad iteratas meas Preces Provisorem Acatoli,  
cum, ibi existentem Congressum orthodoxae Fidei im-  
pedientem, amoverit, et Catholicum in ejusdem lo-  
cum posuerit; huic injungat, ut omni studio meum,  
bat, in Introductionem Incolarum salvificam Fidem  
profitentium, ut cum majori solatio novus suo  
tempore introductus Parochus Vinea Domini Cul-  
tura studere possit; quibus in demissa Venera-  
tione representatis, Gratijs, et Patrocinio me com-  
mendans juxta persisto.

Excelsi Consilij Regij  
Locumtenentialis.

Pozonij 15<sup>te</sup> Martij,  
1748.

Humillimus Servus.

P. M. Althann Archiep<sup>us</sup> Ep<sup>us</sup> Vacien<sup>sis</sup>